Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



157

Et iussit ad discipulos suos ut facerent illos discumbere per con
uiuia quinquaginta et fecerunt
Diuersi conuiuantum discubitus diuersos per orbem cum uenturus ecclesiarum quae unam
catholicam faciunt designant quia bene non solum quinquageni sed adtestante marco centeni
discubuerunt nam quinquagesimus psalmus est, centenarius autem numerus deleua
tur in sexteni quinquageni ad conuiuium domini discumbunt quia adhuc in paenitentia
commissorum posita uerbi auditum percipiunt. centeni autem qui iam perfecta uenia se peccato
lo uitae aeternae desiderio suspirant.
Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus respexit
in caelum et benedixit illis et fregit et distribuit disci
pulis suis ut ponerent ante turbas.
Turbis esurientibus salutator non noua creat cibaria sed acceptis his quae habuerant discipuli
benedicit quae uenientes in carne non alia quam praedicta sunt praedicat. sed per phaeiae dicta mys
teriis gratiae gaudia demonstrat. respicit in caelum ut illuc dirigendam mentis aciem
ibi lumen scientiae doceat esse quaerendam. frangit et ante turbas ponenda distribuit dis
cipulis quia clausa legis et prophetae sacramenta eis quae per mundum praedicent patefacit.
Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophinus duodecim.
Quod turbis superest a discipulis sustollitur quia sacramentorum mysteria quae a rudibus capi ne
queunt neglegenter omittenda sed sunt inquirenda perfectis. Nam per cophinos duodecim
apostoli et per apostolos omnes sequentium doctorum chori figurantur. foris quidem
hominibus despecti sed intus salutaris cibi reliquias ad alenda humilium corda cumulati
constat. cophinis enim operum seruiliaeri solere sed ipse cophinos panum fragmentis
impleuit qui infirma huius mundi ut fortia confunderet elegit.
Et factum est cum solus esset orans erant cum illo et discipuli.
Ad eremum discipuli domino sequebantur illum in uia ut marcus indicat sed ipse patrem
solus orare ut quia possunt sci domino fidei amoris que sorte et caritate coniungi discretum eum ace
teris mortalibus diuinae gloriae maiestatis intueri. Uiam quoque quam uersatus in carne do
cuit passibus humilitatis insequi sed inconprehensibilia paternae dispositionis archa
na solus nouit filius penetrare nusquam ni fallor cum discipulis orasse reperitur
ubique solus obsecrat quia diuinum consilium humana uota non capiunt nec quisquam
potest interiorum particeps esse cum xpo.
Et interrogauit illos dicens quem me dicunt esse turbae
at illi respondentes dixerunt. Iohannem
baptistam alii autem heliam alii quia propheta
unus de prioribus surrexit.